Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



fiuerexunt & eiecerunt illum extra ciuitatem. & duxerunt
illum usq; in supercilium montis. sup quē ciuitas illorum erat
edificata. ut precipitarent ipsum. Ipse autem transiens per medium il-
lorum ibat. Mulier fria iii t Regum Filiorum ibat
quedam clamabat ad helyseum. ipsam dicens. Serui
tuus uir meus mortuus est. & tu nosti quia seruus tuus
fuit timens dm. et ecce creditor uenit. ut tollat duos
filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit helyse. Quid uis
ut faciam tibi. Dic mihi quid habes in domo tua. At illa re-
spondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea. nisi
parum olei quo ungar. Cui ait. Vade & pete mutuo ab
omnibus uicinis tuis uasa uacua non pauca. & ingredere &
claude hostium cum intrinsecus fuis tu & filii tui. & mitte
inde in omnia uasa hec. & cum plena fuerint tolles. Fuit i
taq; mulier. & clausit ostium super se. & super filios suos. Illi
offerebant uasa. & illa infundebat. Cumq; plena fuissent
uasa. dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc uas. Et ille re-
spondit. Non habeo. Stetit q; oleum. Venit autem illa. &
indicauit homini dei. Et ille uade inquit uende oleum. &
redde creditori tuo. tu autem et filii tui uiuite de reliquo.
Illo t. Respiciens ihs discipulos suos. S' matheuim.
dixit simoni petro. Si peccauit in te frater tuus. uade
corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit. lucrat
es fratrem tuum. Si autem te non audierit. adhibe tecum adhuc
unum ut duos testes. ut in ore duorum uel trium testium stet
omne uerbum. Quod si non audierit eos. dic ecclie. Si autem ecclie
iam non audierit. sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen
dico uob. quecumq; alligaueritis super terram. erunt ligata &